facta cuncti mortales nouere: Itaque in maxima
fortuna minima licencia eſt neque ſtudere: neque
odiſſe ſed minime iraſci decet. Que apud ali-
os iracundia dicitur: ea in imperio ſuperbia
atque crudelitas appellatur: Equidem ſic exiſti-
mo. P. C. omnes cruciatus minores quam facinora
illorum eſſe. Sed plerique mortales poſtrema
meminere. Et in omnibus impiis factis ſceleris hominibus
eorum obliti de pena dixerunt ſi ea paulo ſeuior
fuit. Decium Sillanum uirum fortem atque ſtrenuum
certe ſcio que dixerit ſtudio r. p. dixiſſe neque
illum in tanta re gratiam aut inimicitias exercere
eos mores eamque moleſtiam uiri cognoui: Uerum
ſentencia eius mihi crudelis minime: Quid enim
in tales homines crudele fieri poteſt. Sed ea
aliena a r. p. noſtra uidetur. Nam profecto
aut metus aut iniuria te ſubegit Sillane
conſulem deſignatum genus pene nouum de-
cernere. De timore ſuperuacaneum eſt diſſerere
cum preſertim diligencia clariſſimi uiri con-
ſulis tanta preſidia ſint in armis. De pe-
na equidem dicere poſſum id quod res habet
in luctu atque miſeriis mortem erumnarum
requiem non cruciatum eſſe. Eam cuncta

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 172, f. 115r – Anthologia latina
(http://www.e-codices.ch/fr/fmb/cb-0172/115r)